



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio XXXIII. De bonitate, & malitia delectationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

AD TERTIVM dicendum, quod vsus rationis requirit debitum vsu imaginationis, & aliarum vi- rum sensitiuarum, quæ vtuntur organo corporali: & ideo ex trãsmutatione corporali vsus rationis im- peditur, impedito actu virtutis imaginatiuæ, & alia- rum sensitiuarum.

ARTICVLVS IIII.

Primum delectatio perficiat operationem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod delectatio non perficiat operationem. Omnis enim humana operatio ab vsu rationis dependet: sed delectatio impedit vsu rationis, vt dictu est: ergo delectatio non perficit, sed debilitat operatio- nem humanam:

¶ 2. Præter. Nihil est perfectiũ sui ipsius, vel suæ cau- sæ: sed delectatio est operatio, vt dicitur in septimo, & decimo Ethic. ¶ quod oportet, vt intelligatur vel essentialiter, vel causaliter: ergo delectatio non per- ficat operationem.

¶ 3. Præter. Si delectatio perficit operationem, aut per- ficat ipsam sicut finis, aut sicut forma, aut t sicut agens: sed non sicut finis, quia operationes non quæruntur propter delectationem, sed magis e conuerso, vt su- pra dictum est: * nec iterum per modum efficien- tis, quia magis operatio est causa efficiens delectatio- nis: nec iterum sicut forma: non enim perficit delectatio operationem, vt habitus quidam, secundum Philosophum in decimo Ethicor. * delectatio ergo non perficit operationem.

SED CONTRA est, quod dicitur ibidem, quod delectatio operationem perficit.

RESPON. Dicendum, quod delectatio dupliciter operationem perficit. Vno modo per modum finis, non quidem secundum quod finis dicitur id, propter quod aliquid est, sed secundum quod omne bonum complete superueniens, potest dici finis, & secundum hoc dicit Philosoph. in decimo Ethicor. * quod delectatio perficit operationem, sicut quidam superueniens finis, in quantum scilicet super hoc bonum, quod est operatio, superuenit aliud bonum quod est delectatio, quæ importat quietationem appetitus in bono præsupposito. Secundo modo, ex parte causæ agentis, non quidem directe: quia Philosophus dicit in decimo Ethicor. * quod perficit operationem delectatio, non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas: indirecte autem, in quantum scilicet agens, quia delectatur in sua actione, vehe- mentius attendit ad ipsam, & diligentius eam operatur, & secundum hoc dicitur in decimo Ethico. * quod delectationes adaugent proprias operationes, & impediunt extraneas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis delectatio impedit actum rationis, sed delectatio corporalis, quæ non consequitur actum rationis, sed actum concupiscibilis, qui per delectationem auge- tur: delectatio autem, quæ consequitur actum ratio- nis, fortificat rationis vsu.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut dicitur in secundo Physic. * contingit quod duo sibi in- uicem sunt causa, ita quod vnum sit causa efficiens, & aliud causa finalis alterius: & per hunc modum operatio causat delectationem sicut causa efficiens: delectatio autem perficit operationem per modum finis, vt dictum est. *

AD TERTIVM patet responsio ex dictis.

QVAESTIO XXXIII.

De bonitate, & malitia delectationum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de bonitate, & malitia delectationum.

ET CIRCA hoc quæ- runtur quatuor.

¶ Primo, Vtrum omnis delectatio sit mala.

¶ Secundo, Dato quod non, vtrum omnis delectatio sit bona.

¶ Tercio, Vtrum aliqua delectatio sit optima.

¶ Quarto, Vtrum delectatio sit mensura, vel regula, secundum quam iudicetur bonum, vel malum in moralibus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum omnis delectatio sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod omnis delectatio sit mala. Illud enim quod corrumpit prudentiam, & impedit rationis vsu, videtur esse secundum se malum: quia bonum hominis est secundum rationem esse, vt Diony. dicit in quarto cap. de diu. nomi. * sed delectatio corrumpit prudentiam, & impedit rationis vsu: & tanto magis, quæ delectationes sunt maiores: vnde in delectationibus venereis, quæ sunt maximæ, impossibile est aliquid intelligere, vt dicitur in 7. Ethic. ¶ Et Hiero. etiam dicit super Math. * quod illo tempore, quo coniugales actus geruntur, præsentia Sancti Spiritus non dabitur, etiã si propheta videatur esse, qui officio generationis obsequitur: ergo delectatio est secundum se malum: ergo omnis delectatio mala.

¶ 2. Præter. Illud quod fugit virtuosus, & prosequitur aliquis deficiens a virtute, videtur esse secundum se malum & fugiendum: quia, vt dicitur in 10. Ethic. ¶ Virtuosus est quasi mensura, & regula humanorum actuum. Et Apostolus dicit 1. ad Corinth. 2. Spiritua- lis iudicat omnia: sed pueri & bestia, in quibus non est virtus, prosequuntur delectationes: fugit autem eas temperatus: ergo delectationes secundum se sunt malæ, & fugiendæ.

¶ 3. Præter. Virtus & ars sunt circa difficile, & bonu, vt dicitur in 2. Ethic. * sed nulla ars ordinata est ad delectationem: ergo delectatio non est aliquid bonum.

SED CONTRA est, quod in psal. 36. dicitur: Delectare in Dño: cum igitur ad nihil mali authoritas diuina inducat, videtur quod non omnis delectatio sit mala.

RESPON. Dicendum, quod sicut dicitur in decimo Ethic. * aliqui posuerunt omnes delectationes esse malas, cuius ratio videtur fuisse: quia intentionem suam referebant ad solas delectationes sensibiles & corporales, quæ sunt magis manifestæ. Nam & in cæteris intelligibilia a sensibilibus antiqui Philoso- phi non distinguebant, nec intellectum a sensu, vt dicitur in lib. de Ani. * Delectationes autem corpo- rales arbitrabantur dicendum omnes esse malas, ut sic homines, qui ad delectationes immoderatas sunt proni, a delectationibus se retrahentes, ad medium virtutis perueniant. Sed hæc existimatio non fuit con- ueniens: cum enim nullus possit viuere sine aliqua

Prima Secundæ S. Thomæ.

¶ Super quæst. trigefimam quartam.

MISSA quæstio- ne trigefimater- tia, circa quæstionem trigefimam quartã ad uerte, quod author post tractatum de bo- nitate & malitia pas- sionum in communi, examinare vo- lens bonitatem & ma- litiam passionum in speciali, circa duas tantum passionem, sci- licet delectationem, & tristitiam, quæ- stiones mouet singul- latim de bonitate & malitia. & ratio est: quia ad istas termi- nantur omnes a- liæ passionem, & ab eis quo- dammodo regulan- tur, vt infra habe- tur.

¶ Super

4. di. 39. q. 3. ar. 4. q. 3. co. Et uerit. q. 35. ar. 4. Et 10. Ethic. lc. 1. a. 3. & 4. ¶ par. 4. non remote a fi.

Cap. 11. non procul a fi. Hier. in ep. de monoga- mia a med. tom. 1.

Ca. 5. paulo ante finem tom. 5.

Cap. 3. non multum an- te fin. to. 5.

Ca. 2. & 3. to mo 5.

Lib. 2. text. 150. to. 2.

Inf. q. 34. ar. 4. ad certifi. & q. 40. art. 8. cor. Et 4. di. 17. q. 1. ad 3. Et uerit. q. 35. ar. 4. cor. & ad 2. ¶ ar. 1. præced.

¶ 2. Præter. Nihil est perfectiũ sui ipsius, vel suæ cau- sæ: sed delectatio est operatio, vt dicitur in septimo, & decimo Ethic. ¶ quod oportet, vt intelligatur vel essentialiter, vel causaliter: ergo delectatio non per- ficat operationem.

¶ 3. Præter. Si delectatio perficit operationem, aut per- ficat ipsam sicut finis, aut sicut forma, aut t sicut agens: sed non sicut finis, quia operationes non quæruntur propter delectationem, sed magis e conuerso, vt su- pra dictum est: * nec iterum per modum efficien- tis, quia magis operatio est causa efficiens delectatio- nis: nec iterum sicut forma: non enim perficit delectatio operationem, vt habitus quidam, secundum Philosophum in decimo Ethicor. * delectatio ergo non perficit operationem.

SED CONTRA est, quod dicitur ibidem, quod delectatio operationem perficit.

RESPON. Dicendum, quod delectatio dupliciter operationem perficit. Vno modo per modum finis, non quidem secundum quod finis dicitur id, propter quod aliquid est, sed secundum quod omne bonum complete superueniens, potest dici finis, & secundum hoc dicit Philosoph. in decimo Ethicor. * quod delectatio perficit operationem, sicut quidam superueniens finis, in quantum scilicet super hoc bonum, quod est operatio, superuenit aliud bonum quod est delectatio, quæ importat quietationem appetitus in bono præsupposito. Secundo modo, ex parte causæ agentis, non quidem directe: quia Philosophus dicit in decimo Ethicor. * quod perficit operationem delectatio, non sicut medicus sanum, sed sicut sanitas: indirecte autem, in quantum scilicet agens, quia delectatur in sua actione, vehe- mentius attendit ad ipsam, & diligentius eam operatur, & secundum hoc dicitur in decimo Ethico. * quod delectationes adaugent proprias operationes, & impediunt extraneas.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod non omnis delectatio impedit actum rationis, sed delectatio corporalis, quæ non consequitur actum rationis, sed actum concupiscibilis, qui per delectationem auge- tur: delectatio autem, quæ consequitur actum ratio- nis, fortificat rationis vsu.

AD SECUNDVM dicendum, quod sicut dicitur in secundo Physic. * contingit quod duo sibi in- uicem sunt causa, ita quod vnum sit causa efficiens, & aliud causa finalis alterius: & per hunc modum operatio causat delectationem sicut causa efficiens: delectatio autem perficit operationem per modum finis, vt dictum est. *

AD TERTIVM patet responsio ex dictis.

fenfibili & corporali delectatione, si illi qui docent omnes delectationes esse malas, deprehendantur aliquas delectationes suscipere, magis homines ad delectationes erunt proclives exemplo operum, uerborum doctrina pratermissa. In operationibus n. & passionibus humanis, in quibus experientia plurimum ualet, magis mouent exempla, q̄ uerba. Dicendum est ergo, aliquas delectationes esse bonas, & aliquas esse malas. Est n. delectatio quies appetitiuæ uirtutis in aliquo bono amato, & consequens aliquâ operationem: unde huius ratio duplex accipi potest. Vna quidem ex parte boni, in quo aliquis quiescens delectatur. bonum n. & malum in moralibus, dicitur fm̄ quod conuenit rationi, uel discordat ab ea, ut supra dictum est. * Sicut in rebus naturalibus aliquid dicitur naturale ex eo, q̄ natura conuenit, in naturale uerò ex eo, quòd est a natura discordans. Sicut igitur in naturalibus est quædam quies naturalis, quæ sefert ex eo quod conuenit naturæ, ut cum graue quiescit deorsum: & quædam innaturalis, quæ est in eo quod repugnat naturæ, sicut cum graue quiescit sursum: ita & in moralibus est quædam delectatio bona, fm̄ quod appetitus superior, aut inferior requiescit in eo quod conuenit rationi: & quædam mala ex eo, quod quiescit in eo quod a ratione discordat, & a lege Dei. Alia ratio accipi potest ex parte operationum, quarum quædam sunt malæ, & quædam bonæ: operationibus autem magis sunt affines delectationes, quæ sunt eis coniunctæ, q̄ concupiscentiæ, q̄ tempore eas præcedunt: unde cum concupiscentiæ bonarum operationum sint bonæ, malum uerò malæ, multo magis delectationes bonarum operationum sunt bonæ, malum uerò malæ.

q. 19. ar. 3. & 3.

q. 23. ar. 3.

q. 27. ar. 3.

357. 378

D. 858.

p. p. q. 99. ar. 3.

q. 57. ar. 3.

o. 12. non re mota à fin.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ sicut supra dictum est, * Delectationes quæ sunt de actu rationis, nõ impediunt rationem, neque corrumpunt prudentiam, sed delectationes extraneæ, cuiusmodi sunt delectationes corporales, quæ quidem rationis usum impediunt, sicut supra dictum est, * & per contrarietatem appetitus qui quiescit in eo quod repugnat rationi, & ex hoc habet delectatio, quòd sit moraliter mala, uel fm̄ quandam ligationem d rationis, sicut in concubitu coniugali delectatio, quamuis sit in eo quod conuenit rationi, tñ impedit rationis usum propter corporalem transmutationem adiutam: sed ex hoc non consequitur malitiam d moralem, sicut nec sõnus quo ligatur usus rationis, moraliter est malus, si sit secundum rōnem receptus, nam & ipsa ratio hoc habet, ut quandoque rōnis usus intercipiatur. Dicimus tamen quòd huiusmodi ligamentum rationis ex delectatione in actu coniugali, etsi nõ habeat malitiam moralem, quia nõ est peccatum mortale, nec ueniale, prouenit tamẽ ex quadam morali malitia, sc̄ ex peccato primi parentis: nam hoc in statu innocentie non erat, ut patet ex his quæ in primo dicta sũt. *

AD SECUNDVM Dicendum, quòd temperatus non fugit omnes delectationes: sed immoderatus, & rōni nõ conuenientes. Quòd autem pueri & bestiarum delectationes prosequantur, non ostendit eas uniuersaliter esse malas. quia in eis est naturalis appetitus a Deo, qui mouetur in id quod est ei conueniens.

AD TERTIVM Dicendum, quòd non omnis boni est ars: sed exteriorum factibilium, ut infra dicitur. * Circa operationes autem & passiones quæ sũt in nobis, magis est prudentia & uirtus, quam ars: & tamen aliqua ars est factiua delectationis, scilicet pigmentaria, & pigmentaria, ut dicitur in septimo Ethicorum.

ARTICVLVS sicut dicitur in principio. **Super. quæst. trigessima. magis uirtus uicium secundum.**

AD SECUNDVM sic proceditur. **Vt** quod omnis delectatio sit bona. Sicut n. in primo dictum est, * bonum in tria diuiditur, sc̄ honestum, utile, & delectabile: sed honestum omne est bonum, & similiter omne utile: ergo & omnis delectatio est bona.

¶ 2 Præter. Illud secundum se est bonum, quod non queritur pp aliud, ut dicitur in 1. Ethic. 7. sed delectatio non queritur pp aliud, ridiculum n. uidetur ab aliquo querere, quare uult delectari: ergo delectatio est per se bona: sed quod per se predicatur de aliquo, uniuersaliter predicatur de eo: ergo omnis delectatio est bona.

¶ 3 Præter. Id quod ab omnibus desideratur, uidetur esse per se bonum. nam bonum est quod omnia appetunt, ut dicitur in 1. Ethic. * sed oēs appetunt aliquam delectationem etiam ueri, & bestiarum: igitur delectatio est secundum se bonum. **H** omnis ergo delectatio est bona.

SED CONTRA est, quod dicitur Prover. 2. Qui letantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut aliqui Stoicorum posuerunt oēs delectationes esse malas, ita Epicuri posuerunt delectationem fm̄ se esse bonam, & per consequens delectationes omnes esse bonas: qui ex hoc decepti esse uidentur, q̄ non distinguebant inter id quod est bonum simpliciter, & inter id quod est bonum quò ad hũc. simpliciter quidem bonum est, q̄ secundum se bonum est. Contingit autem quod nõ est secundum se bonum, esse huic bonum dupliciter. Vno modo, quia est ei conueniens secundum dispositionẽ in qua nũc est, quæ tñ non est naturalis: sicut leproso bonum est quadoque comedere aliqua uenenosa, quæ nõ sunt simpliciter conuenientia cõplexioni humanæ. Alio modo, quia id quod non est conueniens, estimatur ut conueniens. Et quia delectatio est quies appetitus in bono, si sit bonum simpliciter illud, in quo quiescit appetitus, erit simpliciter delectatio, & simpliciter bona: si autem non sit bonum simpliciter, sed quò ad hunc, tunc nec delectatio est simpliciter, sed huic: nec simpliciter est bona, sed bona secundum quid, uel apparens bona.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd honestum & utile dicuntur secundum rationem, & ideo nihil est honestum, uel utile, quod non sit bonum. Delectabile autem dicitur, secundum appetitum, qui quandoque in illud tendit, quòd non est conueniens rationi: & ideo non om

Super. quæst. trigessima. magis uirtus uicium secundum.

In 2. ar. 3. q. omnis boni. In 1. dubium occurrit circa respõsionem ad primũ. q̄to dicit. q̄ nihil est utile qd nõ sit bonum. q̄a aut est sermo de bonitate nature, aut de bonitate moris. Si de bonitate nature, nulla est differentia inter utile & delectabile, quia utrunq; est bonum tali bonitate. Si de bonitate moralitunc falsa quop; est differentia: quia multa utilia bona, sunt mala moraliter, utpote ad mali ducta: sicut multa delectabilia mala sũt moraliter, mala opera cõsequencia.

Ad hoc dicitur, q̄ huic est sermo de bonitate morali, & q̄ bonum utile est secundum se rōni consonans. Cũ dicitur bonum utile, dicitur aliquid consonum rōni, sicut cum dicitur, pascere elurientem. & in hoc differt utile a delectabili, ut in littera dicitur, quia utile significat aliquid consonum rōni, delectabile uerò consonum appetitui. Bonum autem & malum morale cõstituitur ex consonantia & dissonantia ad rōnem, & nõ ad appetitum. Et ideo utile nõ abstrahit a bono & malo morali, sicut delectabile, sed è bonum morale, nec per hoc sequitur nulli boni utile esse malum moraliter, qm̄ sicut pascere elurientem potest malum moraliter, ut si fiat propter adulteriũ &c. ita multa bona utilia possunt mala fieri, dum ordinantur ad malum.

Super

art. 1. h. quæst.

Apud no. lib. p. 62.

nc

Super questionis tri-
gesime quartae, arti-
culum tertium.

In articulo tertio,
dubium Thomi-
stis molestum oc-
currit propter illa
verba, Aliqua dele-
ctatio hominis po-
test dici optimum in-
ter bona humana.
Repugnat siquidem
hoc doctrinae aucto-
ritatis, operationem
precedentem puta,
visionem Dei, esse
optimum inter
bona humana.

Ad hoc licet di-
versimode dici pos-
sit, puta, quod dele-
ctatio est optimum,
ut accidens, opera-
tio autem, ut sub-
stantia, iuxta dictum
in questione secun-
da, articulo sexto, vel

quod delectatio est
optimum in genere
motuum appetituum,
vel quod est
optimum secundum
se, quia habet in se
vnde ultimum quietet
appetitum, licet ha-
beat aliud optimum
melius ipso, non ut
bono magis bonum,
sed ut optimo in or-
dine optimum alte-
rius or inis, hone-
stum enim & delecta-
bile duorum bono-
rum ordines consti-
tuunt. Ad litteram
tamen loquendo, di-
stinguo: quia aut est
sermo de bonitate
naturae, aut moris.

Si quis enim inspe-
xerit, quod tracta-
tus iste de bonitate,
& malitia est mora-
lis, videbit quod
quaelibet de opti-
mo moraliter, id est
summe consonante
rationi, omittenda
que censetur contra-
dictionem alius di-
cti Sancti Thomae, pu-
ta, quo visio est no-
bilior, quod est finis
etiam delectationis.

Hec enim omnia ad
maiores bonitatem
naturae spectant: de-
lectatio siquidem,
& operatio conse-
quens eadem nume-
ro bonitate mora-
li, bona sunt. Eadem
quippe consonantia,
vel dissonantia con-
sonant, vel dissonant
rationi, ac per hoc
optimum operatio-
nem sequens delecta-
tio, optima est non
minore bonitate, &
non magis, nec mi-
nus bona moraliter.

Nec obstat huic sen-
tentiae, quod dicitur
in prima secundae
Thomae, quod de-
lectatio est optimum
inter bona humana,
quia dicitur in secun-
da, articulo sexto,
quod delectatio est
optimum in genere
motuum appetituum,
vel quod est opti-
mum secundum se,
quia habet in se vnde
ultimum quietet
appetitum, licet ha-
beat aliud optimum
melius ipso, non ut
bono magis bonum,
sed ut optimo in or-
dine optimum alte-
rius or inis, hone-
stum enim & delecta-
bile duorum bono-
rum ordines consti-
tuunt. Ad litteram
tamen loquendo, di-
stinguo: quia aut est
sermo de bonitate
naturae, aut moris.

ne delectabile est bonum bonitate
moralis, quod attenditur secundum rationem.

AD I. Dicendum, quod ideo de-
lectatio non quod propter aliud, quia
est quies in fine, finem autem con-
tingit esse bonum, & malum, quod
numquam sit finis, nisi secundum
quod est bonum quod ad hunc, ita
etiam est de delectatione.

AD TERTIUM Dicendum,
quod hoc modo omnia appetunt
delectationem sicut & bonum, cum
delectatio sit quies appetitus in bo-
no: sed sicut contingit non omne
bonum quod appetitur, esse per se
& vere bonum, ita non omnis de-
lectatio est per se & vere bona.

ARTICVLVS III.

Utrum aliqua delectatio sit optimum.

AD TERTIUM sic procedi-
tur. Vt, quod nulla delectatio
sit optimum. Nulla enim generatio non potest
esse ultimus finis: sed delectatio
consequitur generationem: nam ex
eo, quod aliquid constituitur in
sua naturam, delectatur, ut supra
dictum est. Ergo nulla delectatio
potest esse optimum.

¶ 2. Præter id quod est optimum,
nullo addito potest fieri melius: sed
delectatio aliquo addito fit meli-
or: est enim melior delectatio cum
uirtute, quam sine uirtute: ergo de-
lectatio non est optimum.

¶ 3. Præter id quod est optimum, est
uniuersaliter bonum, sicut per se
bonum existens. Nam quod est per
se, est prius & potius eo quod est
per accidens: sed delectatio non
est uniuersaliter bonum, ut dictum
est. Ergo delectatio non est opti-
mum.

SE D CONTRA. Beatitudo, est
optimum, cum sit finis humanae
uitae: sed beatitudo non est sine de-
lectatione. dicitur enim in psalm.
15. Adimplebis me letitia cum uultu
tuo, delectationes in dextera tua
usque in finem.

RESPON. Dicendum, quod Pla-
to non posuit omnes delectationes
esse malas, sicut Stoici; neque om-
nes esse bonas, sicut Epicurei: sed
quasdam esse bonas, & quasdam
esse malas; ita tamen quod nulla
sit summum bonum, uel optimum.
Sed quantum ex eius rationibus datur
intelligi, in duobus deficit. In uno
quidem, quia cum uideret delecta-
tiones sensibiles & corporales in
quodam motu & generatione con-
sistere, sicut patet in repletionem
ciborum, & huiusmodi, aestima-
uit omnes delectationes consequi
generationem & motum: unde,

A cum generatio & motus sint actus
imperfecti, sequeretur quod delecta-
tio non haberet rationem ultimam per
fectionis: sed hoc manifeste appa-
ret falsum in delectationibus intel-
lectualibus. Aliquis non solum
delectatur in generatione scientiae, pu-
ta, cum addiscit, aut miratur, sicut
supra dictum est: sed et in contem-
plando secundum scientiam iam acquisitam.
Alio uero modo, quia dicebat opti-
mum illud, quod est simpliciter sum-
mum bonum, quod est ipsum
bonum quasi abstractum, & non
participatum, sicut ipse Deus est
summum bonum: nos autem loqui-
mur de optimo in rebus humanis:
optimum autem in unaquaque re est
ultimus finis. Finis autem, ut supra
dictum est, dupliciter dicitur. In ipsa re,
& usus rei, sicut finis avari est uel
pecunia, uel possessio pecuniae,
& secundum hoc, & ultimus fi-
nis hominis dici potest uel ipse
Deus, qui est summum bonum sim-
pliciter, uel fructus ipsius, quae im-
portat delectationem quandam
in ultimo fine: & per hunc modum
aliqua delectatio hominis potest dici
optimum inter bona humana.

AD PRIMUM ergo dicendum,
quod non omnis delectatio consequitur
generationem: sed aliqua delecta-
tiones consequuntur operationes
perfectas, ut dictum est: & ideo
nihil prohibet aliquam delectationem
esse optimam, et si non omnis sit realis.

AD SECUNDUM Dicendum, quod
ratio illa procedit de optimo simplici-
ter, per cuius participationem omnia
sunt bona, uel ex nullius additio-
ne fit melius: sed in aliis bonis uni-
uersaliter uerum est, quod quilibet bo-
num ex additione alterius fit meli-
us. Quamuis possit dici, quod de-
lectatio non est aliquid extraneum
ab operatione uirtutis, sed conco-
mitans ipsam, ut in 1. Eth. dicitur.

AD TERTIUM Dicendum,
quod delectatio non habet quod
sit optimum ex hoc, quod est de-
lectatio: sed ex hoc quod est perfe-
cta quies in optimo: unde non oportet,
quod omnis delectatio sit opti-
ma, aut etiam bona, sicut aliqua
scientia est optima, non tamen
omnis.

ARTICVLVS IIII.

Utrum delectatio sit mensura, uel regu-
la, secundum quam indicetur bonum,
uel malum, in moralibus.

AD QUARTUM sic procedi-
tur. Vt, quod delectatio non
sit mensura, uel regula boni & ma-
li moralis. Omnia enim mensura-
tur primo sui generis, ut dicitur
Prima Secundae S. Thomae.

fui, quod in respon-
sione ad secundum
in prima responsio-
ne author uidetur
yelle, quod delecta-
tio est melior actu
uirtutis, quam sequi-
tur: hoc enim au-
thor non dicit, nec
intendit dicere: sed
prima responsio ibi
data responderet ma-
iori propositioni ar-
gumentum, quae est
communissima pro-
positio, scilicet, Op-
timum nullo adiecto
fit melius, & dicit
quod est uera de op-
timum simpliciter, &
non de optimo in ge-
nere, quale est de-
lectatio: & ideo da-
to etiam quod ex ac-
tu uirtutis esset me-
lior, adhuc ita quod
fit optimum in ge-
nere. Secunda uero
responsio respondet
minori, scilicet, De-
lectatio addita ope-
rationi est melior, &
dicit quod operatio
non est adiecta de-
lectationi, sed in-
tranea eidem, & haec
responsio nullam pa-
ritur in seculum, &
& nihil extorquens
omnia saluat. Sic en-
im & est optima mo-
raliter inter bona hu-
mana summe conso-
nans rationi: quia
nihil est melius mo-
raliter ipsa, & est
minus bona natura-
liter operatione qua
sequitur, quae est op-
tima, & in genere
moris, & natura in
utroque ordine ul-
timum finis existens
quamuis diuersimo-
de: quia in illo com-
muni sibi & delecta-
tioni, bonitate: in
isto, propria: pro-
pter quod in isto or-
dine finis est etiam
delectationis, in illo
autem non.

Super quasi. trigesi-
ma quarta, articu-
lum quartum.

In titulo articuli
quartus aduerte, quod
quia mensura est cer-
tificatiua quantita-
tis mensurabilium,
& regula certificatiua
dispositionis, &
utrumque horum exi-
git primitatem in co-
gnoscendo, & quo-
dammodo in essen-
do secundum ali-
quod genus causae,
idcirco author pro-
ponendo hunc arti-
culum in enumerati-
one omnium arti-
culo-

q. 1. ar. 8.

In corp. art.

ca. 8. a. mcd.
tom. 5.

4. di. 49. q. 3.
ar. 4. q. 3. ad
1.

K 4 culo-

1. in. meta. text. 3. & 4. to. 3.

next. 4. to. 3.

3. in. p.

e. 5. post medium, to. 5.

* Sup. istud verb. Psalmi 112, to. 8.

Ca. 11. prim. tom. 5.

q. 20. art. 1.

colorum in principio quest. querit utrum delectatio sit mensura secundum quam iudicetur: hic uero absolute, utrum sit mensura, quasi ibi primitatem in cognoscendo, hic in essendo infirmas. Et in corpore articuli, mensuram secundum cognitionem & iudicium determinat in responsionibus uero ad primum & ultimum, causalitate finale quodammodo ei tribuit. Et scito, quod quia ad rationem mensurae & regulae non sufficit primitas in essendo, sed exigitur quod sit nobis certissima, ideo licet bonum honestum sit secundum se prius, & certius quam delectabile, quod consequitur ad illud, & potest esse bona & mala delectatio: quia tamen delectatio est nobis magis certa, ideo ipsi attribuitur ratio mensurae, & operatio ipsa medicat quod ad hoc a delectatione: propter quod author studuit in corpore articuli ad probandum rationem mensurae in delectatione ex cognitione & iudicio. Et factum saluare utcumque prioritatem in essendo, ut patet in responsione ad tertium, ubi finis ratione, satis large propter hoc saluandum, utitur.

¶ Circa calcem responsionis ad tertium in eodem quarto articulo, dubium occurrit Nouitius, quia uidetur aduersari super praedictis. Si enim bonitas delectationis est causa quodammodo bonitatis in operatione, aut econuerso, sequitur non esse eadem numero bonitatem utriusque, cuius oppositum dictum fuit.

¶ Ad hoc breuiter dicitur, quod ut ex superius dictis apparet, in analogia causalitate seu redundancia, saluatur identitas numeralis in causa & causato, unde hoc nihil obstat proposito: sicut nec bonitatis actus exterioris & interioris.

operabilibus habet rationem principii, a quo maxime sumitur iudicium, sicut a regula uel mensura.

AD SECUNDUM dicendum, quod est quies in aliquo

in 10. * Meta. sed delectatio non est primum in genere moralium, sed praecedunt ipsam amor & desiderium. non ergo est regula bonitatis & malitiae in moralibus.

¶ 2. Prax. Mensuram & regulam oportet esse uniformem: & ideo motus, qui est maxime uniformis, est mensura & regula omnium motuum, ut dicitur in 10. * Meta. sed delectatio est uaria & multiformis, cum quaedam earum sint bona, & quaedam mala. ergo delectatio non est mensura & regula moralium.

¶ 3. Prax. Certius iudicium sumitur de effectu per causam, quam eodem uerso: sed bonitas, uel malitia operationis est causa bonitatis, uel malitiae delectationis, quia bonae delectationes sunt quae consequuntur bonas operationes, malae autem quae malas, ut dicitur in 10. * Eth. ergo delectationes non sunt regulae & mensurae bonitatis, & malitiae in moralibus.

SED CONTRA est, quod * Aug. dicit super illud Psalmi 7. Scrutata corda & renes Deus, Finis curae & cognitionis est delectatio, ad quam quis nititur peruenire. Et Philosophus dicit in 7. Ethic. quod delectatio est finis architectonorum, id est, principalis, ad quam respicientes, unum quodque hoc quidem malum, hoc autem malum, simpliciter dicimus.

RESPON. Dicendum, quod bonitas uel malitia moralis principaliter in uoluntate consistit, ut supra dictum est: utrum autem uoluntas sit bona, uel mala, praecipue ex fine cognoscitur: id autem habetur pro fine, in quo uoluntas quiescit: quies autem uoluntatis, & cuiuslibet appetitus in bono, est delectatio: & ideo secundum delectationem uoluntatis humanae praecipue iudicatur homo bonus, uel malus. Est enim bonus & uirtuosus, qui gaudet in operibus uirtutum: malus autem, qui in operibus malis. Delectationes autem appetitus sensitui non sunt regulae bonitatis, uel malitiae moralis: nam cibus communiter delectabilis est secundum appetitum sensituum bonis & malis: sed uoluntas bonorum delectatur in eis secundum conuenientiam rationis, quam non curat uoluntas malorum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod amor & desiderium sunt priora delectatione in uia generationis: sed delectatio est prior secundum rationem finis, qui in

bono: & secundum hoc potest esse regula uel mensura. Nam ille bonus est, cuius uoluntas quiescit in uero bono: malus autem cuius uoluntas quiescit in malo.

AD TERTIUM Dicendum, quod cum delectatio perficiat operationem per modum finis, ut supra dictum est, non potest esse operatio perfecte bona, nisi etiam adsit delectatio in bono: nam bonitas respicitur ex fine, & sic quodammodo bonitas delectationis est causa bonitatis in operatione.

QVAESTIO XXXV.
De dolore, seu tristitia secundum se, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de dolore, & tristitia.

¶ Et circa hoc primo considerandum est de tristitia, seu dolore secundum se. Secundum, de causis eius.

Tertio, de effectibus ipsius. Quarto, de remediis. Quinto, de bonitate, uel malitia eius.

CIRCA primum quaeruntur octo.

¶ Primo, Utrum dolor sit passio animae.

¶ Secundo, Utrum tristitia sit idem quod dolor.

¶ Tertio, Utrum tristitia, seu dolor sit contraria delectationi.

¶ Quarto, Utrum omnis tristitia omni delectationi contrariet.

¶ Quinto, Utrum delectationi contemplationis sit alia qua tristitia contraria.

¶ Sexto, Utrum magis fugienda sit tristitia, quam delectatio appetenda.

¶ Septimo, Utrum dolor exterior sit maior, quam dolor interior.

¶ Octauo, De speciebus tristitiae.

ARTICVLVS PRIMVS.
Utrum dolor sit passio animae.

AD PRIMUM sic praedicat. Vt, quod dolor non sit passio animae. Nulla enim passio animae est in corpore: sed dolor potest esse in corpore, dicitur enim Aug. in li. de uera relig. quod dolor, qui dicitur corporis, est corruptio repentina salutis eius rei, quam male utendo anima corruptioni obnoxiauit ergo dolor non est passio animae.

¶ 2. Prax. Omnis passio animae pertinet ad uim appetitiuam: sed dolor non pertinet ad uim appetitiuam, sed magis apprehensiuam, dicitur enim Aug. in li. de natura boni, quod dolorem in corpore facit sensus resistens corpori potentiori, ergo dolor non est passio animae.

¶ 3. Prax. Omnis passio animae pertinet ad appetitum animale, sed dolor non pertinet ad appetitum animale, sed magis ad appetitum naturalem, dicitur enim Aug. 3. super Genes. ad litteram: Nisi aliquid bonum remansisset in natura, nullius boni amissus esset dolor in pena, ergo dolor non est passio animae.

SED CONTRA est, quod Aug. 14. de ciuit. Dei, ponit dolorem inter passiones anime, inducens illud Virgil. Hinc metuunt, cupiunt, gaudentque, dolentque.

RESPON. Dicendum, quod sicut ad delectationem duo requiruntur, scilicet coniunctio boni, & perceptio huiusmodi coniunctionis: ita et ad dolorem duo requiruntur, scilicet coniunctio alicuius mali, quod ea ratione est malum, quia prius aliquid bonum, & perceptio huiusmodi coniunctionis. Quia quid autem coniungitur, si non habeat, respectu eius cui coniungitur, rationem boni uel mali, non potest causare delectationem, uel dolorem. ex quo patet, quod aliquid, sub ratione boni, uel ma-